

In Sizygiis ex amborum luminarium actionibus concurrentibus attollitur aqua, & ideo magis attollitur. Minus ascendit mare in quadraturis; nam ubi aqua Lunæ actione attollitur, ibi deprimitur ex actione Solis & vice versa. Idcirco dum Luna à Sizygia ad quadraturam transit ascensus quotidiani de die in diem minuantur: augentur contra in motu Lunæ a quadratura ad Sizygiam. In Novilunio etiam cæteris paribus agitationes maiores sunt, quam in Plenilunio.

Si Luminaria ex Æquatoris plano recedentia consideremus, videmus agitationem minui, & minorem dari pro majori Luminarium declinatione. Quod clarè patet, si hæc in